



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XLI. Die von Walstawe verkaufen einen Hof in Werle an das Kloster  
Diesdorf, am 10. März 1331.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XL. Nicolaus, Bischof von Verden, bestätigt dem Kloster Diesdorf den Erwerb einer Hofe in Abbendorp, am 25. Juni 1330.

Nicolaus, dei gratia Episcopus Verdenfis, omnibus et singulis ad quos presentes pervenerint salutem in domino, literas super venditionem cuiusdam magistri inter discretum virum dominum Suiderum prepositum, priorissam et conventum monialium in Distorppe ex vna et Hinricum plebanum in Abbendorpe ex altera confectas et eiusdem prepositi ac conventus sigillis sigillatas vidimus ac audivimus in hec verba. Nos Suiderus prepositus, Mechtildis priorissa totusque conventus sanctimonialium in Distorppe recognoscimus protestantes, quod dominus Hinricus, plebanus in Abbendorpe, temporibus domini Borchardi, pie memorie prepositi nostri, anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. de ecclesia nostra in villa predicta vnum mansum, qui desertus dicitur, cum sua area valentem annuatim dimidium corum filiginis ad sue vite tempora sibi favorabiliter comparavit. Nostris vero temporibus dictus dominus Hinricus a nobis ex nostro consilio et consensu de novo dictum mansum desertum emit pro XXVI marcis Soltwed. denariorum cum sua area valentem dimidium chorum filiginis annuatim et vnum pullum et septem solidos liberum ab omni servicio et exactione ex parte nostra perpetuo sub hac forma, quod mortuo domino Hinrico prefato prepositus nomine ecclesie pro recognitione domini vnum pullum et vnum solidum ex dicto manso recipiet annuatim. Alias vero sex solidos cultrix nostre ecclesie habebit de sepedicto deserto manso ad emendacionem luminis dominici sacramenti, dimidium autem chorum filiginis mansi predicti memoratus dominus Hinricus viva voce cupiens se participem devocionum et orationum dominarum nostrarum pro speciali eius memoria ad consolacionem aliqualem in assumptione virginis gloriose nostro conventui perpetuis temporibus assignavit. Datum sub nostrarum testimonio sigillorum, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVIII<sup>o</sup>., in Epiphania domini. Cuius venditionis literas gratas et ratas habentes presentis scripti patrocinio ipsas confirmamus. Datum Rodenborch, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>., VII. Kal. Julii.

Gercken's Fragm. IV, 108. 109.

XLI. Die von Walstawe verkaufen einen Hof in Werle an das Kloster Diesdorf, am 10. März 1331.

Nos Wernerus et Borchardus, fratres, dicti de Walstawe, tenore presentium recognoscimus et lucide protestamur, quod matura deliberatione prehabita, de illorum quorum intererat assensu, curiam nostram in Werle, quam nunc Bernardus inhabitat, unum chorum cum dimidio filiginis quolibet anno pro canone et tres solidos Soltwedens. denariorum cum decima minuta que vulgariter smale tegede nuncupatur et duobis pullis solventem, cum omnibus suis pertinentiis prout olim parentes nostri et nos ipsos nunc possedimus, honorabili viro domino Suidero, preposito nec non priorisse et conventui sanctimonialium in Distorppe pro XVIII marcis Stendal.



argenti vendidimus ac iusto venditionis titulo omne ipsius curie dominium, quod nobis in ipsa conpetebat, transtulimus in eosdem, Volentes quoad hec dictos prepositum, priorissam et conuentum de euicione cauere, ubi et quando fuerit oportunum, hoc adjecto, quod dictus Bernardus vel alius quicumque, cui illa curia in emphiteosin locata vel alias recommendata fuerit, jus quod in filia huc usque habuit, etiam si filuam nostram ad dictam villam Werle pertinentem vendiderimus, obtinebit. Ne autem circa premissa prepositus, priorissa et conuentus prefati tractu temporis per nos vel aliquem nostrum quomodolibet impediatur vel etiam molestentur, recunciamus omni juris auxilio canonici vel ciuilibus, quod nobis in posterum ad repetendam curiam prenarratam posset quomodolibet suffragari. Et nos Ludouicus, Sifridus, et Conradus fratres de Walstaue et Sifridus junior, ibidem residentes, nec non Tidericus, Bernardus, et Wernerus, milites, dicti de Schulenborch, una cum Wenero et Borchardo predictis et pre ipsis promittimus domino preposito, priorisse et conuentui prelibatis, quod omnia et singula premissa debebant rata et inuiolata firmiter obseruari ac etiam permanere. In cuius rei testimonium sigilla nostra cum predictorum Weneri et Borchardi sigillis presentibus sunt appensa. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXI<sup>o</sup>., dominica qua cantatur Iherusalem.

Gercken's Dipl. I, 436—438.

XLII. Ludolph und Henning von dem Knefebeck schenken dem Kloster Diesdorf zur Gedächtnißfeier ihres Vaters einen Hof in Dolslege, am 5. Juni 1331.

We Ludolf vnd Henning, brodere, geheten von dem Knefebeke, knechte, bekennen in desseme jegenwordeggen breue, dat we mit willen vnser rechten eruen hebbet ghegeuen vnde ghelaten enen hoff in deme dorpe to Dolslage mit aller hand rechte, also we ene hebbet ghehat van usen elderen bet to her, deme Clostere to Distorpe, mit alsodaner vndercedinghe, dat se scullen alle jahr bogan vses vader vnd vser moder jartid vnde vser, dar to vnser rechten eruen ewiclichen mit Goddes denste, alle en rechte vnd en wonheith is to begande in der Christenheit. Duffer vorbescreuen dingh sind tüghe Anno vnd Walsmod, Hüner vnde Harnid, knechte, ock geheheten van deme Knefebeke, vnde ander veler guder lüde. Dat desse rede stede vnde vast bliue, so hebbe we Ludolf vnd Henningh, de vorbenomet sint, dissen breek ghegeuen, stedeghet vnde beuestegeth met vnser Inghesegelen. Dit is gescheen na der Jar tal Goddes bord dusend jar, drehundert jar in dem en vnd drüttegsten jare, in fünfte Bonifacius daghe des hilghen mertelers.

Gercken's Dipl. II, 188.